

line expectatione alterius temporis dicendus est... fine expectatione alterius temporis dicendus est...

DE DECIMIS, PRIMITIIS, & Oblationibus.

Cap. Quoniam.

SVM MARIVM.

- 1 Decima novarum debentur Ecclesie, in cuius Parochia insurgunt: Si vero non sunt in certa Parochia, Diocesano debentur.
2 Decima prediales debentur Ecclesie, in cuius Parochia sita sunt pradia: personalia vero, ubi spiritualia recipiuntur.
3 Proventus spiritualis noviter emergentes infra limites Parochie non debentur Episcopo, sed Parochio.
4 Oblationes, que sunt imagini alicujus Sancti depicte in pariete extra Parochialem Ecclesiam, cui debentur.
5 Reditus spiritualis debent dividi in quatuor partes, si spectent ad Ecclesias Matrices: Sicut si ad Capellas.
6 Ad decimas prestandas Episcopus etiam non requisitus potest ex officio compellere possessores terrarum.
7 Decimarum quartam Episcopus exigere potest immediate a Parochiano, & n. 27. Contrarium, u. 14. & 17. Distinguitur a n. 20. usq. in fin.
8 In decimarum perceptione Episcopus, & Parochus sunt quasi partionarii, & n. 6. & 19.
9 Decima prediales totius Episcopatus integre ad Episcopum pertinent, si pradia decimatoria non sint infra limites alicujus Parochie, aut incertum sit de cuius Parochia existant, & n. seqq.
10 Distia, alioquin, venit adversus ad precedentia, & includit ex propria significatione contrarium intellectum.
11 Decime prediorum existentium in altera ex duabus Parochiis sunt dividenda inter utramque Ecclesiam, si non appareat infra cuius limites pradia sunt sita.
12 Insula, si in mari appareat, decima novarum cui Ecclesie debeatur.
13 Episcopus non pro sua quarta decimarum agere potest immediate contra Parochianos; an vero illam petere debeat a Parochio, & n. seqq. usq. in fin. Quid si Parochi jam exegerint a Parochiano integras decimas, n. 21. Et quid si nondum exegerint, sed tamen non negligunt illas petere, n. 22. Et quid si sint negligentes, an tunc Episcopus agere possit nomine Ecclesie contra Parochianos pro integris decimis, n. 23. & seqq. Et an iure proprio possit agere actione directa pro sua quarta canonica, n. 26. Anve possit agere officio iudicis nobilis, u. 33.

- 15 Intellectum v. Conquerentia, de officio Ordin. & n. 37. 21. & 32.
16 Episcopus in pradijs decimatorijs habet ius reale, & coequalitatem cum Parochio, & n. 29. Quere reatit. & coequalitatem tolli non potest per negligentiam, vel militiam Parochorum non contententium, n. 30.
18 Doctorum opinio non habens contradicentiam dicitur casus legum.
21 Parochiani per solutionem decimarum factam Parochio consequuntur liberationem, nec super quarta possunt ab Episcopo molestari.
24 Decima qua ratione dicantur esse in potestate Episcopi.
25 Parochia duplex.
28 Actio oritur, quotiescunque lex mandat aliquid servari.
31 Actio simul anea Episcopi, & Parochi super decimis admittitur.
33 Decimarum quarta debetur Episcopo propter conjunctionem, & curam universalem, quam habet in Ecclesia sibi subiecta.
34 Officium iudicis nobilis semper datur ubi deficit actio ad consequendum quod sibi debetur, vel ad cogendam obligatam, qui actione directa non possunt adstringi. Fundatur in equitate, ibidem, & n. 37.
35 Conceditur ad instar actio.
36 Et lato sumpto vocabulo venit actionis appellatio.

QUONIAM Decime novarum debentur Ecclesie, in cuius Parochia insurgunt. Si vero non sunt in certa Parochia, Diocesano debentur. Hoc dicit. Communis divisio, Consultatio, & Responsio. Secunda, ubi respondemus, in qua distinguimus, & secundum membrum persequitur ibi, alioquin.
1 Nota primo ibi, infra certam alicuius Ecclesie Parochiam, decimas prediales, seu reales deberi Ecclesie, in cuius Parochia sita sunt pradia: Nam decima & tributa debentur ratione prediorum, & non personarum, c. Si quis lacum, & c. Decime, 16. q. 1. l. Imperatores, ff. de public. & vetigal. & l. Forma censuati, §. si vero quis, ff. de censibus, licet secus sit in decimis personalibus, que debentur Ecclesie, ubi spiritualia recipiuntur, cap. Quis, 16. q. 1. Et ita hic notant gloss. ult. Holt. num. 2. Jo. Andr. in fin. Card. num. 2. & est communis opinio, ut testatur Butr. itidem in fine.
2 Secundum nota ibi, decimas earum, proventus spiritualis noviter emergentes infra limites Parochie non pertinere ad Episcopum, sed ad parochialem Ecclesiam, ut hic est casus. Unde infert Abbas num. 1. ut oblationes, que sunt imagini alicujus Sancti depicte in pariete extra parochialem Ecclesiam, sed in limitibus parochie, debeantur ipsi Ecclesie, non autem Episcopo. Ceterum an hęc illatio sit vera, & in quibus casibus vendicet sibi locum, plene examino in c. Pastorali, in quest. supra de his, que sunt a Pralate.
3 Tertio nota ibi, eidem Ecclesie, decimas novarum, que surgunt in parochia, acquiri pleno iure ecclesie parochiali: iura enim qua disponuntur de redditibus ecclesiarum fieri debeant quatuor partes, videlicet, cap. Quatuor, cum cap. preced. & seq. 12. q. 2. loquuntur de Matricibus. At in Capell.

pellis, seu Parochialibus salva portione Episcopi omnes sunt Reddoris, ut hic, & in cap. Cum contingat, infra eod. in cap. Plerique, supra de Past. & in d. c. Pastoralis, & declarat hic Holt. circa fin. vers. Nota verum, & Jo. Andr. num. 1. in ver. Facis, Butr. num. 4. Cardin. num. 1. in r. opposit. & Anchar. num. 3.
6 Quarto nota ibi, factis assignari ad officium Episcopi pertinere Parochianos compellere ad solutionem decimarum, & ita verum est quod ait Cardin. post Laud. & alios in Clem. Dispensatio, n. 28. de iudic. nempe iudicem etiam non requisitum posse ex officio cogere possessores terrarum ad prestandas decimas, si ei constet huiusmodi terras esse infra limites parochie. Quod dictum sequitur Rota decis. 377. n. 6. par. 3. Recent.
7 Quinto nota ibi, rati parte retenti, Episcopum posse suam quartam decimarum exigere immediate a parochiano, quod satis probatur hic: non enim potest suam partem ibi retinere, nisi illam prius percipiat. Percipere autem non potest ab Ecclesia, quia decime nondum fuerant eidem Ecclesie assignate, ut patet ex littera ibi, factis assignari. Superest igitur ex necessitate ut quartam suam a parochiano exegerit. Quod est contra opinionem Rote, existimantis Episcopum agere non posse pro sua quarta canonica directe adversus laicos, sed tantummodo contra Ecclesias, seu illarum Reddotes, ut subis dicam infra n. 27.
8 Sexto nota, Diocesano, & Parochio esse quasi portionarios in perceptione decimarum, pro ut eos appellant Holt. n. 2. & Jo. Andr. n. 3. Uterque enim fundat intentionem suam de iure communi in illarum perceptione; Episcopus quidem in sua portione canonica, ut patet ex littera ibi, sua parte retenti. Parochus vero in reliquis decimis, ut patet ibi, decimas earum, & est receptissima Canoniarum sententia, ut scripsi in cap. Cum contingat, n. 2. l. & 23. infra eod.
9 Ultimo nota ibi, alioquin, decimas prediales totius Episcopatus integre ad Episcopum pertinere, si pradia decimatoria non sint infra limites alicujus parochie, aut incertum sit de cuius parochia existant, ut hic probatur evidenter, ponderando dictionem, alioquin, que cum veniat ad veritative ad precedentia, includit ex proprio significatu contrarium intellectum secundum Abbatem a. 4. vers. Sed quero, & non tantum orationem conditionalem facit, sed in seipsa orationem continet, & inducit conditionem contrariam, ut notat Bart. in l. 1. n. 1. ff. de condit. & demonst. unde cum textus prius dixerit, si terrae arabiles sint infra certam alicujus Ecclesie parochiam, decima debentur eidem Ecclesie: dum postea subiungit, alioquin debentur Episcopo, perinde est ac si dixerit, si terrae huiusmodi non sint alicujus parochie, secundum Innoc. Petr. de Sampsoni Abb. Anticq. & Agid. vel incertum sit de cuius sint parochia, eo quod limites non sint certi, secundum Holt. nu. 2. Jo. Andr. eod. n. Cardin. n. 1. & Abb. dicto num. 4. vers. sed quero.
11 Addit Jo. Andr. quod si constet terras existere in altera ex duabus Parochiis, sed ignoretur intra cuius limites, eo quod limites appareant tantummodo in locis propinquis, non autem in loco ubi sita sunt pradia, hoc casu fieri debet divisio decimarum inter utramque Ecclesiam, allegat. c. Cum quis, §. 1. de sepulch. lib. 6. & cum eo Prosp. Fagnan. in 3. Decretal. Tom. 4.

transiunt Cardin. num. 6. & Abb. num. 5. quod nota ad limitationem huius textus, Si vero insula in mari appareat, & ibi surgant novalia, secundum gloss. considerabitur cui provincia insula adhareat, ut illius provincie sit, & ibi prestentur decime, ut l. Insula, ff. de iudic. & cum gloss. transeunt Butr. nu. 8. & Cardin. nu. 4. Sed plenius secundum Hostiensium in princip. Considerabitur provincia, diocesis, parochia, & ripa, cui proximus insula accedit, ut l. Inter eos, l. Ergo, & l. Insula, ff. de acquir. rer. domini, etiam si Provincia, Diocesis, & Parochia insula intelligatur, d. l. Insula, & l. Notionem, §. Commentes, ff. de verb. signif. Id est, si insula emergat infra duas provincias, decime dabantur parochiali viciniori illius provincie, cui proximus insula accedit. Si vero emergat infra duas dioceses, prestabuntur decime parochiali viciniori illius diocesis, cui similiter proximus adharet insula, etiam si parochialis ex alia parte insule esset proximior, quia absurdum esset ut decime novarum illius diocesis, cuius est insula, solverentur parochiali alterius diocesis. Quod si insula appareat infra limites unius diocesis, erunt persolvenda parochiali, cui insula proximior est; & hanc parochiam mentem Hostiensis notabile, & veram. Dubium tamen remanet, an in supra scriptis casibus spectanda sit propinquitas diocesis, vel parochie; an vero Ecclesia cathedralis, vel parochialis, Glossa cum Cardin. non mensit nisi provincie, Host. considerat provinciam, diocesim, parochiam, & ripas, nulla facta mentione Ecclesie, Butr. meminit Ecclesie tantum. Vide tu quod scripsi in cap. Nullus, n. 23. 24. & 25. supra de Paroch.
13 QUARO, an Episcopus pro sua quarta decimarum agere possit immediate contra parochianos; an vero illam petere debeat a Redditoribus parochialium Ecclesiarum.
14 Hac est questio quotidiana, & difficilis, in qua Rota ipsa variavit. Nam in causa Novariensis, decimarum i. 5. Aprilis 1611. coram Gregor. XVI. decis. 5. 19. n. 1. & 2. resolvit Episcopo Novariensi non deberi quartam decimarum ab hominibus eiusdem pagi; quia est de iure communi habere intentionem fundatam super dicta quarta; tamen hoc intelligitur contra Ecclesias percipientes decimas, ut scilicet ab eis quartam partem decimarum exactam posse exigere, & non immediate a Parochiano, allegat Abb. Anticq. in c. Conquerente, n. 5. vers. in gloss. Sed videtur de officio Ordin. ubi ait illam decretalem non decidere, ut Episcopus habeat ius percipiendi decimas, sed ut decimis ab Ecclesia perceptis Episcopo detur quarta; & cum eo consentiunt ibi Bellam. circa finem, & Abb. Sicul. num. 2. prope fin. vers. Duo decimo, habet quartam, ad quod Rota inducit d. cap. Conquerente, ubi Pontifex postquam mentionem fecit de quarta decimationum, & alius iuris, que ab Ecclesiis debentur Episcopo, immediate subiungit: Tu autem his iuribus in prefatis Ecclesiis contentus existens non amplius ab eis exigas: Quae verba clare insinuant Episcopum habere suam quartam exigere ab Ecclesiis, non autem a personis laicis, que de iure illas tenentur solvere parochialium Ecclesiarum Redditoribus, ut in c. Cum contingat, infra eod. & in Clem. unica, eod. tit. eandem conclusionem firmavit Rota apud Card. Setaf. decis. 14. 19. n. 5. & 6.

26 Sed die 7. Maij 1627. in eadem causa Novarien. coram Pirovano contrariam sententiam probavit, videlicet Episcopum habere intentionem fundatam pro sua quarta decimarum, etiam contra Parochianos, & habere in prædiis decimariorum jus reale, & coequaliter cum Rectoribus parochialium, & esse quali inter se parochianos, prout etiam firmatum fuit in decisionibus, quæ referuntur decis. 442. 485. & 520. par. 1. Recent. Verum postea 17. Decembris 1627. Causa iterum proposita recessit à decisib., censuræ Episcopum non habere fundatam intentionem in quarta decimarum contra laicos, ut decis. 122. n. 7. par. 5. Recent. Moti fuerunt Domini primò per textum in d. cap. Conquerente, ubi actio pro quarta decimarum non dirigitur contra laicum, sed contra Ecclesiam, inducendo illum prout ponderatus fuit in decis. Gregory, super n. 15. Deinde moti fuerunt per cap. De quarta, de præscript. ubi admittitur, ut Parochus possit præscribere quartam decimationem, quæ si à laicis per Episcopum exigenda esset, utique Rectori non daretur præscriptio ob defectum possessionis, sine qua præscriptio non procedit, gl. in l. Male agitur, & ibi Bald. n. 6. C. de præscript. cum alijs in decis. all. q. 2. n. 2. Ac demum, quia opinio Abbatis Antiqui & aliorum, de quibus in decis. Gregorij XV. cum non habeat contradicentem, dicitur casus legis, ita ut ab ea non sit recedendum, Jas. in l. penult. n. 21. C. de p. d. Becc. cons. 123. n. 67. Surd. decis. 229. n. 36. Eandem sententiam probavit Paul. de Castro in cons. 38. in ep. Dico, lib. 1. ubi ex facto respondit Episcopum super quarta decimarum non habere jus immediatum contra laicos, sed tantummodo contra Ecclesiam, allegat 10. q. 3. per totam : & ideo petens pro jure ecclesiæ per illius destructionem, fuisse etiam extinctum jus, quod adversus eam Episcopo competebar super dicta quarta, ut ibi fufius per eum.

20 Quid dicendum ? Pro clariori quaestione solutione mihi videntur distinguendi casus infra scripti.

21 Primus casus est, cum Rector Parochialis jam exegit à laicis debitoribus integras decimas, & tunc cum laici per hujusmodi solutionem jam consequuti sint liberationem, extra dubium est Episcopum non posse ab eis suam quotam petere, vel exigere, ne contra bonam fidem bis idem solvere compellantur, cap. Bona fides, de reg. jur. lib. 6. & l. Bona fides, ff. eod. sed debere tantummodo actionem dirigere, & experiri contra ecclesiam, seu illum Rectorem ad præscriptum d. cap. Conquerente, de offic. Ordin. in quo casu propriè loquitur ille textus, & Abb. Antiqui, cum alijs in decis. Gregorij allegatis. Quam conclusionem ut indubitata firmavit eademmet Rota decis. 357. n. 4. & 7. par. 5. Recent. & in hoc casu etiam intelligi potest textus in c. De quarta, de præscript. in eadem decis. indutus. Nam Rector ecclesiæ quando jam exegit à laicis integras decimas, utique possidet etiam quartam Episcopo debitam : merito potest illam præscribere, & in hoc primo casu nulla est discrepantia.

Secundus casus est, cum Rector Ecclesiæ nondum exegit decimas, sed tamen non est negligens in illis exigendis, & tunc arbitror tenendam esse opinionem Rotæ, videlicet Episcopum nullum jus competere contra laicos pro sua quar-

ta decimationem, sed tantummodo contra Ecclesiam, posteaquam illius Rector integras decimas ab eis fuerit consequutus, per rationes ut supra in decisionibus adductis num. 24. & 17.

23 Tertius casus est, cum Parochus aut negligit, aut non vult, aut non potest contra laicos agere, & tunc puto subdistinguentem. Aut Episcopus intendit agere contra eos pro integris decimis nomine ecclesiæ parochialis, aut nomine proprio pro sua quarta canonica. In primo membro sequor opinionem Host. in cap. Cum contingat, n. 4. ad fin. infra eod. Cuius hæc sunt verba: Quoniam & Episcopus fundat intentionem suam de jure communi in totum quoad petitionem nomine parochialis ecclesiæ lue diececlis faciendam, cap. fin. de success. ab intest. Unde & dicitur quoddam in potestate episcopi sunt, scilicet quantum ad petitionem, tuitionem, & ordinationem, c. in factu, l. 6. q. 1. & cap. Omnes decime, & cap. Nullus, q. 7. quæ omnia generaliter habet regere, cap. 1. 2. & per totam, 10. q. 1. cap. Præcipimus, & cap. Ecclesiasticarum, 12. q. 1. cap. De vendicibus, infra de relig. domib. Sed & duplex est Parochia, particularis scilicet, sive singularis, sicut est quælibet capella parochialis. Item collectiva, scilicet tota diececlis, quæ & dicitur parochia episcopi, c. Ad Apostolicam, supra eod. Dum ergo hæc decretalis dicit : perceptio decimarum de jure communi ad parochiales ecclesias pertinere, Episcopum non excludit, imò includit, cap. Scire, 7. q. 1. Ita Host. quem hic sequitur Jo. Andr. n. 1. in ver. Parochiales. Subdit tamen Host. Salvâ portione suâ nihil debere Episcopum imbuturæ, sed in utilitatem ecclesiæ totum convertere secundum ea, quæ leguntur, & notantur in cap. Cùm vos, supra de offic. Ordin. Hanc doctrinam Host. ego intelligo veram in hoc tertio casu, Parochio scilicet negligente, vel nolente, aut non valente agere, prout eam intellexit, & probavit Rotam in præalleg. decis. 64. n. 6. par. 5. Recent. ubi firmavit Episcopum posse agere contra laicos pro omnibus decimis, non quidem jure proprio, sed nomine ecclesiæ parochialis, cui tenetur illas conservare, & hoc si Parochus non sit in causa, aut negligat exigere decimas. Quod etiam prius admisit Rota in Carinen. decimarum, 13. Martij 1587. coram Orano, Neque hanc conclusionem retraxit in posterioribus decisionibus supracitatis num. 17. quia in eis Episcopus non agebat nomine ecclesiæ, sed jure proprio.

26 In secundo autem membro, id est, cum Episcopus intendit agere proprio nomine contra parochianos pro sua quarta canonica, duo sunt inspicienda. Primum est, an possit agere actione directâ. Secundum, quantum non possit, an saltem ei competat officium iudicis nobile. Circa primam inspectionem, ut vides, Rota fuit varia, & aliquando eum censuit Episcopum posse agere directè, & immediatè contra parochianos : aliquando resolvit contrarium, & in hoc tandem persistit, ut patet ex decisionibus supra citatis n. 14. Prima tamen opinio in puncto juris videtur verior, pro qua pondero illum textum iudicio meo satis clarum, ut etiam tetigit supra in 5. notab. nam hic Pontifex rescribit Episcopo in hæc verba : (Si terra arabiles infra certam alienius ecclesiæ parochiam fuerint, decimas earum tuâ parte retentâ eidem ecclesiæ facias assignari.) quæ verba aperte

aperte ostendunt Episcopum posse suam partem exigere immediatè ab ipsismet parochianis: etenim ante assignationem decimarum textus dat ei facultatem sibi retinendi suam portionem, & sic non potuit illâ exigere ab Ecclesia, cui nondum facta erat decimarum assignatio, unde necesse est ut à Parochianis petuerit eam exigere, & sic exactam sibi retinere : & hoc per viam actionis, quia ubicunque lex mandat aliquid servari, inde oritur actio, ut l. Status, ff. de acquir. rer. dom. & declarant in c. 1. supra de p. d. Butr. num. 1. & Abb. num. 5. & propterea cum d. c. 1. iubeat pacta servari quamvis de actione nihil determinet, tamen propter illa verba ex pacto nudo de jure canonico oriri actionem inferunt ibi gl. Host. Joan. Andr. Collegiar. & communiter Canonistæ, ut ibi dixi n. 4. notab. Ergo eodem modo cum textus hic mander Episcopo ut faciat assignari ecclesiæ decimas, prius tamen sibi retentâ portione suâ: hinc satis deducitur eum posse suam quotam petere immediatè à Parochianis etiam per viam actionis : quod notat, quia Doctores, & Rota hunc textum ad hoc non ponderant. Neque obstat quoddam Parochus fundet intentionem de jure communi super decimis prædialibus Parochiæ sue, ut est textus in cap. Cum contingat, & ibi gl. 2. Host. & Jo. Andr. & DD. notant; & in cap. Cum in tua, infra eod. nam respondetur Episcopum quoque de jure communi fundare intentionem super quarta decimarum, ut hic, & in c. Dudam, ibi, intentione tua de jure fundata petilli, infra eod. & est communis sententia Canonistarum ferè omnium, quam passim servat Rota, ut scripsi plene in d. decretali, Cùm contingat, n. 23. & sic Episcopus habet jus reale, & coequaliter cum Parochio, & sunt quasi portionarii, ut dicitur hic Host. num. 2. & Joan. Andr. num. 3. & tetigit supra in 6. notab.

30 Hac autem realitas, & coequalitas tolli non potest per negligentiam, aut malitiam Rectorum non comparentium, cum habeat fundamentum in proprio jure immediato, non autem mediato ex persona Parochi, ut per Rotam in præcitata decis. 64. n. 8. & 9. par. 5. recent. & consequenter poterit Episcopus suam quartam canonicam directè petere à Parochianis, sicut potest Parochus reliquis decimas, ut per Host. in d. c. Cùm contingat, n. 1. vers. vnde, & Joan. Andr. num. 4. Neque enim una dispositio aliam destruit, sed invicem compatiuntur, & hanc simultaneam actionem admisit Rota d. decis. 64. n. 10. & in Cervien. decimarum 22. Aprilis, 1602. coram Penia.

32 Rursus non obstat autoritas Abbatis Antiqui in c. Conquerente, n. 5. de offic. Ordin. dicentis illud c. non decidere ut Episcopus habeat jus percipiendi decimas, sed ut de decimis ab ecclesia perceptis Episcopo detur quarta. Quoniam respondeo hanc doctrinam obtinere in duobus casibus. Primus est, cum Rector ecclesiæ jam exegit integras decimas : tunc enim Episcopo non competit jus petendi suam quotam à laicis, qui liberationem sunt consequuti, sed ab ipsâ ecclesia duntaxat, ut dixi supra in 1. casu n. 2. 1. Secundus est, cum Rector non est negligens in decimis exigendis : nam & hoc casu admitti potest Episcopum non habere actionem contra laicos, sed tantummodo contra ecclesiam pro sua quarta canonica, posteaquam decimæ ab ipsâ ecclesiâ perceptæ fuerint,

ut similiter dixi supra in secundo casu num. 22. At secus est ubi Parochus negligit, aut renuit decimas petere : quia tunc Episcopus potest jus suum prosecqui, & actionem dirigere etiam contra laicos. Quod admittitur à Rotâ in d. decis. 64. n. 11. & Passavian. decimarum, 18. Martij 1591. coram Guplio, & hoc puto verius. In practica tamen, & maxime in Curia fortè prevaleret contraria opinio, in qua tandem recessit Rota in posterioribus decisionibus.

33 Circa secundam inspectionem, videlicet, an Parochio negligente, aut renuente decimas exigere, possit Episcopus pro sua quarta canonica agere contra laicos saltem officio iudicis notabili, videtur affirmativè resolvendum : nam cum extra controversiam sit quartam decimationum Episcopo esse de jure debitam, ut sæpius repetitum est; idque propter conjunctionem, & curam universalem, quam habet in ecclesiis sibi subiectis, ut post Hostien. & alios notat Butr. in d. cap. Cùm contingat, n. 9. vers. item quia de decimis, infra eod. & Innocent. in cap. Requisisti, n. 5. supra de testam. quatenus eam consequi non possit actione directâ; non tamen debet esse delictus alijs remedijs. Unde subveniendum est illi officio iudicis nobili, quod semper datur ex æquitate, ubi deficit actio ad consequendum quod sibi debetur, vel ad compellendum aliquem ad impellendum id ad quod actione non potest adstringi, ut cap. 2. supra de offic. iudic. l. Quinrus, & ibi Bart. n. 1. ff. de ann. legat. Bald. in l. Cùm mulier, n. 32. ff. solut. matrim. Olafch. decis. 40. n. 7. Rota coram Gregorio XV. decis. 503. num. 4. & solet concedi admittat actionis, ut notat Bart. in l. 1. n. 10. ff. de juris. omn. iudic. quem sequitur in d. c. Jo. de Imola num. 4. Abb. num. 2. & Felin. num. 4. ubi asserunt iudicis officium, quamvis idem non sit quod actio, tamen in latiori significatione posse actionem appellari, per textum in l. actionis verbum, in ver. Insuper, ff. de ad. & obligat. in l. Quod si minor, §. fin. ff. de minor. & in d. cap. 2. Quamobrem cum Parochialis incolæ, &c. cogi possint à Rectoribus ecclesiæ ad solvendas decimas, Rectoresque teneantur de exactis quartam præstare Episcopo, debet utique intrare iudicis officium nobile ad compellendum obligatos ad præstationem decimarum, ut Episcopus quotam suam consequi possit Rectoribus agere negligentibus, vel non valentibus, vel nolentibus, eod quod non sit in causa, ne per illorum malitiam, vel desidia jus summa mittat.

37 Quod sanè æquisatem respicit, in qua fundatur iudicis officium nobile, l. Si me, & Titium ff. si cert. pet. & tradunt Socin. Jun. cons. 52. n. 3. lib. 22. Natta cons. 534. n. 6. Rolan. cons. 1. n. 55. vol. 1. ne alioquin decimarum debitores locupletentur cum jactura Episcopi ob eorum inactionem, ut per Imol. in c. licet casum, n. 23. supra de probat. Felin. in cap. Ex parte, il. 2. n. 28. de offic. deleg. Barbar. cons. 36. in fin. lib. 1. Facit quod dixi supra in 4. notab. & ita in proprijs terminis resolvit Rota in eadem causa Novarien. decimarum 5. Decembris, 1629. & iterum 11. Maij 1630. ut in decis. 327. n. 2. & decis. 357. n. 1. par. 5. Recentior.

DE DECIMIS.

Cap. Cum contingat.

S Y M M A R I U M.

- 1 Decimas qui prescribit in aliena parochia, si ibi insurgunt novalia, ipsorum decimas non habebit.
- 2 Decimas prescribere potest una Ecclesia in parochia alterius Ecclesie.
- 3 Requiritur tamen quadragenaria cum titulo, vel inmemorabilis.
- 4 Decimas an possit clericus prescribere non intuitu Ecclesie.
- 5 Decimarum perceptio in aliena parochia non extenditur ad novalia si computat ex prescriptione, vel consuetudine; scilicet si ex privilegio, & quasi ratio differentie, & non sequi usque ad n. 11.
- 6 Decimas petens ex prescriptione, de singulis pradijs probare debet.
- 7 Prescriptio est odiosa, & restringenda.
- 8 Privilegium super decimis an sit late, vel stricte interpretandum.
- 9 Decimarum concessio includit etiam futuras.
- 10 Consuetudo quamvis sit favorabilis, tamen non extenditur in materia multum prejudiciali.
- 11 Decimandi jus an, & quando extendatur de specie ad speciem, & num. seq. usque ad n. 16.
- 12 Intellectus cap. Cum in tua, infra eod.
- 13 Quasi possit decimandi fructus annui fundi, ex quo solum frumentum colligebatur, extenditur etiam ad vitium.
- 14 Decimas percipiens ex passu, piscaria, aut nemoribus, obtinere debet etiam de novaliis, qua ibi insurgunt.
- 15 Idem si percipiat decimas ex agro pro parte cultu, qui postea pro alia parte factus est novalis. Reser. pro partu indivisibilibus ad totum extenditur, ibidem.
- 16 In decimis percipiendis quis fundet intentionem de jure communi, & non seq. usque in fin.
- 17 Quid si Episcopus concurret cum Ecclesia Baptismali, vel Parochiali, & non seq. usque ad n. 31. Et quid si Baptismali cum Parochiali concurrat, n. 31. & seq. usque in fin.
- 18 Consuetudo plurium valet in transferendo jus decimarum de una ad aliam Ecclesiam, & n. 36.
- 19 Super decimis transactio, seu compositio fieri potest inter Ecclesiasticas personas sine beneplacito Apostolico, & afficit etiam successores.
- 20 Decima personales pertinent ad Ecclesiam ubi quis audit Divina, & percipit Sacramenta, & n. 32. & 56.
- 21 Parochialis Ecclesia de jure communi fundat intentionem super decimis predialibus ex fructibus, qui colliguntur infra limites Parochie sue.
- 22 Sive Parochialis sit etiam Baptismali, sive non.
- 23 Episcopus fundatam habet intentionem de jure communi super quarta decimarum sui Episcopatus.
- 24 Sive concurrat cum Ecclesia Baptismali, sive cum Parochiali.
- 25 Episcopus an fundet intentionem quo ad petitionem decimarum in totum faciendam nomine Parochialium Ecclesiarum; annue pro sua quarta decimarum agere possit immediate contra Parochianos, remissive, & n. seq.

- 27 Cathedralis Ecclesia si habet limitatam in Parochia fundatam intentionem in perceptione decimarum in totum infra suos limites.
- 28 Idem si decima non sint in Parochia alicujus Ecclesie.
- 29 Idem quod si Parochia non sint distincta, aut in diebus non sit alia Parochia, quam Cathedralis, & non seq.
- 30 Decima in Parochia noviter erecta de jure communi an spectent ad Ecclesiam matricem, an vero ad novam Parochiam, & non seq. usque ad n. 43. Et quid ppi. Conc. Trid. n. 43. usque ad n. 52. Et quid in decimis personaribus, n. 52.
- 31 Decima de jure communi non sunt Plebibus subtrahenda, ut dicitur Capitulo, & n. 42.
- 32 Baptismali Ecclesia est Parochialis totius Plebanatus ratione administrationis Baptismi.
- 33 Et dicitur etiam Matrice, & c.
- 34 Parochialis noviter erecta an possit Episcopus assignare campos, vel alia bona ad Ecclesiam Matricem pertinentia.
- 35 Episcopus ordinator non est solum spiritualium, sed etiam temporalium ad Ecclesiam pertinentium.
- 36 Ecclesia eo ipso quod habet limitatam Parochiam, de jure communi debentur illi redditus spiritualiter provenientes ex pradijs intra Parochiam inclusis.
- 37 Oblationum, & obventionum appellatione veniunt etiam decimas.
- 38 Concilium Tridentinum de portione assignanda sacerdotibus, qui Parochialibus noviter erectis erunt prescendi, expenditur, & non seq. usque ad n. 52.
- 39 Decima, vel alia corpora reddituum Matrici Ecclesie ab Episcopo assignari possunt Rectori Parochialis noviter erecte, & n. seq.
- 40 Fructuum appellatione veniunt decimas, & quicquid ex fundo nascitur, & venascitur, & num. seq.
- 41 Dei Ecclesie non potest constitui ad tempus.
- 42 Fructuum assignatio facta Ecclesie in perpetuum dicitur utile dominium.
- 43 Assignetur, est verbum facti requirens hominis ministerium.
- 44 Factum hominis an, & qualiter concurrat cum ministerio juris, & n. seq.
- 45 Arbitrium non intrat in his, qua sunt determinata a jure.
- 46 Decima personales transeunt in Parochialem noviter erectam etiam ante ullam Episcopi assignationem, & non seq.
- 47 Decima personales non debentur prima Parochiali si quis mutaverit domicilium, sed secunda.
- 48 Parochianos quo dicitur illius Parochie, in qua inhabitat.
- 49 Decima personales cui Ecclesia debentur si quis perciperit Sacramentum Baptismi in Ecclesia Matrice, & reliqua Sacramenta in Parochiali.
- 50 Decima personales sunt dividende inter plures Ecclesias preerat temporis, quo Parochiani in eis audiunt divina, & recipiunt Sacramenta.
- 51 Matrici Ecclesie non potest Episcopus in vni. Concilio Tridentini aliquam portionem detrabere, eamque assignare Parochiali, in qua posuit baptismali.
- 52 Baptismali Ecclesia non est Parochialis.
- 53 Baptismalis sors an esse debeat in omnibus Parochialibus.

CUM

- 1 CUM CONTINGAT. Qui prescribit decimas in aliena parochia, si ibi insurgunt novalia, ipsorum decimas non habebit. Hoc dicit, & est textus valde utilis in materia Dividitur in duas partes. In prima ponitur qualibet; in secunda, quæstionis solutio, ibi: Unde inquisitioni.
- 2 Nota primo ibi, Ad quasdam Ecclesias, unam ecclesiam posse prescribere decimas in parochia alterius ecclesie; concordat cap. De quarta, cap. Veniens, & cap. Ad artes, supra de prescript. & c. 2. De decimis, lib. 6. & tunc Speculator in tit. de prescript. n. 9. vers. Item licet laicum. Balb. in trad. de prescript. in prima part. quinte partu principali, q. 7. n. 13. vers. Secunda questio, & Rota decisi. 14. Euit dubitatum, n. 2. vers. Sed constat, de iudic. in novis. Hæc enim prescriptio juri Divino non adversatur; quia nihil refert, an potius hæc, vel illa ecclesia decimas habeat, cap. Cum apostolica, supra de his que sunt a prelat. secundum Abbatem hic in 2. not. Requiritur tamen, vel quadragenaria cum titulo, vel spatium tanti temporis, ut de contrario non exere memoria, Textus est in c. 1. de prescript. lib. 6. ubi glossa, & DD. notant: & ex facto respondit Cardinalis conf. 88. incip. Capitulum Civitatis n. 1. & seq. plenè Balb. loco cit. & Covar. lib. 1. variat. resol. cap. 17. n. 7. & resolvit Rota coram Cardinali Seraphino d. decisi. 802. n. 1. & decisi. 1404. num. 3. & coram Cardinali Ubaldo decisi. 203. par. 5. Recent.
- 3 Secundo nota, Clericum posse decimas prescribere etiam non intuitu ecclesie, ut probat hæc littera ibi, ad quasdam Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas: tum ponderando particulam disjunctivam, vel; tum quia si hic ageretur de prescriptione nomine ecclesie, supervacua esset adjectio illa, vel Ecclesiasticas personas. Quamvis ergo laici decimas prescribere non possunt, quia nequeunt illas possidere, ut c. Causam, de prescript. cap. Sacrosancta, & cap. Massana, de elect. Clerici tamen possunt, ut per Card. d. conf. 88. n. 3. & Covar. loc. cit. licet Abb. hic in 2. non videatur intelligere hoc c. de Clerico, qui prescribit intuitu ecclesie, & pro eo facit optime quod scripsi in c. Cum contingat, n. 16. & 17. supra de foro comper.
- 4 Tertio nota ibi, Rationabilis causa ostendatur, junctâ expositione ultimæ glossæ in materia extensionis differentiam esse inter prescriptionem, & privilegium: nam si aliqua ecclesia acquisierit perceptionem decimarum in aliena parochia ex prescriptione, hæc perceptio non extenditur ad novalia, ut hic est casus secundum Jo. Andr. Butr. Card. & omnes. Quo fit, ut si ecclesia petat decimas, quas prescripsit in aliena parochia, probare hoc debeat de lingulis pradijs, ut per Innoc. in fin. & Jo. Andr. nu. 5. alioquin si de aliquo non probaverit, de pradio illo non adjudicabitur sibi decima, arg. hujus c. & c. Ex litteris, supra de probat. & c. Auditor, & c. Cum olim, §. fin. de prescript. licet secus sit, cum parochus petit se manentem in quasi possessione percipiendi decimas ex aliquo pradio infra limites parochie sue: tunc enim sufficit probatio generalis quasi possessionis decimandi, quia attenditur magis causa possessionis, quam exercitium. Seraphin. post alios decisi. 1047. n. 1. & 2. & decisi. 1295. n. 6. At vero privilegium de percipiendis decimis includit etiam novalia, ut c. Tua, & c. Ex parte, il primo,

- 7 supra eodem. Rationem differentie assignat Innocent. hic in princip. & Holt. num. 4. quia prescriptio est odiosa, & restringenda, l. fin. Cde. annal. excepti. c. Vigilanti, §. 1. supra de prescript. Privilegium vero favorabile, & ampliandum, ut notatur in d. c. Tua, & d. c. Ex parte. Sed hæc ratio non videtur procedere; quia & privilegium in præjudicium tertii, & juris communis debet strictè interpretari, c. Relatum, supra de probat. c. Archidiaconum Florentinum, §. 5. dist. glof. ult. & Doctores in c. Olim, in fi. de verb. signif. Oldrad. conf. 268. questio est, n. 1. vers. Sed in contrarium. Privilegium autem super decimis absque dubio tollit jus tertii, id est, parochialis ecclesie, & vulnerat jus commune, ut hic patet apertè in vers. Cum decimarum perceptio. Neque obstat d. c. Ex parte, supra eod. quoniam ut hic observat Abb. Antiqu. circa fin. vers. Ad illam, ibi (Fuit privilegium, per quod ille Abbas juri communi fuit relictus contra consuetudinem.) Undè illud tanquam beneficium large debuit interpretari, etiam in præjudicium juris alterius, quam conce dente. Sed hoc alii privilegium & tertio, & juri communi præjudicat, ut prædixi.
- 9 Dic igitur privilegium super decimis idè comprehendere etiam novalia, quia verbum, decimarum, generaliter prolatum ex proprietate vocabuli includit decimas tam præsentis temporis, quam futuri, arg. l. si servitus ff. de servit. urban. prædior. l. fin. C. quæ res pignor. obligari possit, c. Si Romanorum, l. 9. dist. & tenet hic gloss. penult. Et in privilegio etiam contra tertium sit lata interpretatio quatenus requirit verborum proprietates; quia hæc non est extensio, sed comprehensio, ut bene declarat Decius conf. 133. Vbi tenore, n. 6. & dixi in prædicta Decretal. Olim, n. 23. de verb. signif. Unde si quis concedat alicui omnem decimationem, quam habet in certo loco, intelligitur ei concedere etiam futuram decimationem novalium, quæ ibi emergunt de novo, ut post Hugonot Archid. in c. Cognovimus, n. 3. l. 2. q. 2. & Collegiar. hic n. 3. At prescriptio decimarum immititur possessioni, sine qua prescriptio non procedit, c. Sine possessione, de reg. jur. lib. 6. & quia prescribens non possedit decimas prædiorum, quia facta sunt novalia; idcirco ad illas non fit extensio, c. Commisum, supra eod. & infra. Proxim. & c. Cum olim, in fin. de prescript. quia tantum prescriptum, quantum possessum, l. Quod meo, §. fin. ff. de acquir. possess. & l. 1. §. Si quis hoc interdico ff. de itin. actus, privato. Hæc in effectu est mens glossæ nostræ in ver. Novalium, & consentiunt Abb. Antiqu. circa medium, vers. Item in hac decretali, & Cardin. in 4. motab. & in 2. oppos. & Rebuff. in trad. de decim. n. 9. Archill. decisi. 3. circa fin. de decimis, & Seraphin. decisi. 802. n. 6. & decisi. 1404. n. 2. Quod bene nota. Et quod dictum est de prescriptione, idem intellige de consuetudine secundum Hostiensiam quia licet alias consuetudo sit favorabilis, & extendenda, ut leg. & not. in l. c. Quæ sit longa consuetudo, & in l. De quibus, ff. de legib. hoc tamen est verum in materia non multum prejudiciali; alias verum, ut hic secundum Collegiar. n. 1. & 2.
- 11 Ceterum in hac materia extensionis juris decimandi, quæ est valde difficilis, Antonius de Butr. hic nu. 4. vers. Pro solutione, ponit notabilem theoreticam pro conciliatione trium jurium, quæ videntur invicem adversari, videlicet hujus c. & cap. Ex parte, supra eod. & infra c. Cum in tua. Nam quan-

quandoque agitur, an stricta dispositio relata ad jus decimarum extendi debeat ad speciem sub eod. genere, & ad rem, & ad materiam eandem; & tunc fit extensio, maxime quando species, ad quam fit extensio, est inferioris gradus. Et hic est casus in d. c. *Chm in tua*, & ibi notant Butr. num. 2. & Abb. nu. 3. Seraph. decif. 1203. n. 2. nam ibi est eadem materia, quia idem fundus; & idem genus, quia in iura, & grossa sunt de genere decimarum, & minor sunt inferioris gradus; unde non mirum si fiat extensio. Causa extensionis est, quia hic datur contiguum, seu potius identitas generis & subiecti, quo casu admittitur extensio etiam in possessione, & consequenter in prescriptione. Ad hoc textus optimus in l. 3. in princ. ff. de acquir. possess. ubi est expressum, ad possessionem fundi acquirendam non requiri ut aliquis omnes glebas circumambulet, sed sufficere quamlibet partem eius fundi introite. Qua ratione existens in quasi possessione decimandi fructus unius fundi, ex quo solum frumentum antea colligebatur, dicitur etiam esse in quasi possessione decimandi militum, quoad postea loco frumenti fuit satum, ut firmant Host. Jo. Andr. Butr. & Card. in c. *Cum in tua, infra eod.* Covar. dicens hanc esse communem opinionem in practica questione c. 37. n. 5. & alij, quos refert, & sequitur Rot. dec. 17. n. 10. par. 2. dicitur: Et ex hoc primo membro distinctionis notabiliter infero, ut si quis probet se prescripisse decimas hoc modo, videlicet quia aliquid percipit de piscibus, piscarijs vallium, vel arundineto, aut nemore, sive a loca ad culturam redigantur, ita ut ibi insurgant novalia, obtinere debeat etiam de novalibus per supra dictam theoriam Anc. de Butr. quia idem subiectum, seu fundus, & idem genus decimarum; & ita in terminis decidit Jo. Andr. nu. 4. Paris. conf. 73. Licet jus commune, col. 2. n. 17. vol. 4. Ruin. conf. 163. Iesu Christi, & c. Sicut alias, n. 15. vol. 5. & Rebuff. in pra. allegato tract. de decim. q. 1. n. 22. Hinc etiam infero, ut si Clericus nomine ecclesie sue prescripserit decimas ex agro pro parte culta, si ager pro alia parte fiat novalis, etiam de novalibus habebit decimas; quia prescriptio partis indivisibilis ad totum extenditur ratione individui, arg. c. *Cognovimus*, l. 2. q. 2. & c. *Cum in tua, infra eod.* Et sic agitur de eod. fundo, & de decima eiusdem generis: & ita ex facto respondit Abbas conf. 71. *Casus talis, Quidam Clericus, lib. 2.* & sequitur Rebuff. d. q. 14. num. 20. Quandoque vero agitur an dispositio stricta fundata super decimis extendi debeat ad speciem diversam fructuum, & diversam materiam, sive subiectum, & tunc non fit extensio, ut est casus hic, & in c. *Tua, supra eod.* nam prescriptio de decimis unitur in parochia, & non extenditur ad novalia; quia novalia differunt ab alijs, & sic est diversa species in se. Item fundus, ex quo percipiuntur novalia, diversus est ab alijs fundis, ex quibus percipiuntur decimae antiquae, & propterea non fit extensio, & ex hoc habes clarum intellectum huius cap. Nam in parochia, in qua decimae hic fuerunt praescriptae, sita erant praedia, ex quibus praescribentes nihil perceperat, quia nondum erant culta; sed postmodum redacta ad cultum facta fuerunt novalia. Decidit hic, ut decimae de illis novalibus non debeantur praescribentibus; & hoc ideo, quia cum fundus, & subiectum sit diversum, in hac materia stricta non est locus

extensioni. Fallit hoc, si ratio dispositionis, & proprietatis verborum ad id suadeant, ut in cap. *Ex parte, in primo, supra eod.* sequitur hinc theoriam, licet minus perfecte illam referat Joan. de Anan. hic n. 7.

16 In glossa secunda examinanda est utilis, & quotidiana materia, videlicet, An perceptio decimarum spectet ad Episcopum, an vero ad Ecclesiam baptismalem, vel potius ad parochialem. Articulus est difficilis, quia quaedam iura tribuunt decimas Baptismali, seu Plebi, ut c. *De decimis, ibi, Vlebbus t. an. um, ubi sacrosancti a baptismata dantur, & c. Si cum, 16. q. 1.* Quaedam Parochiali, ut hic patet quaedam vero Cathedrali, vel in totum, ut in c. *Dudum, infra eod.* & supra in c. *Quoniam in fin.* vel saltem in aliqua parte ipsarum, ut in c. *Congruente, supra de offic. Ordinari.* & in d. c. *Quoniam in fin.* Glossa conciliat haec iura, sed minus bene, secundum Host. nu. 3. & communiter scribentes Unde pro solutione duo sunt investiganda. Primum, quid iuris sit quando Episcopus in perceptione decimarum concurrat cum parochiali, vel baptismali. Secundum, quid iuris sit quando Baptismalis ipsa concurrat cum Parochiali.

17 Primo igitur QUaERO, quando Episcopus concurrat cum Ecclesia Parochiali, vel Baptismali, quis fundet intentionem super decimis percipiendis.

18 Ut veritas clarius appareat, excludendi sunt primò casus non dubij. Et quidem primus casus indubitabilis est, ubi apparet de consuetudine; illa enim servari debet, quia in transferendo jus decimarum de una in aliam ecclesiam, plurimum valet consuetudo, ut c. *In aliquibus, c. Dudum, c. Cum in tua, infra eod.* & supra c. *Ad Apostolica, & c. Cum sint, ubi Abb. num. 6.* & communiter DD. Butr. hic n. 8. Achil. decif. 3. de decim. Puteus decif. 154. n. 6. & seqq. lib. 1. Seraphin. decif. 802. n. 3. Rota n. 6. decif. 333. n. 4. par. 5. recent. Secundus casus non dubius est, ubi constat de compositione, seu transactione: nam in talibus compositio fieri non potest, ut c. *Ex multiplici, supra eod.* & notat Butr. d. n. 8. plenè Domini de Rota dec. 218. n. 3. & 4. par. 7. recent. ubi decidit super decimis licere inter personas ecclesiasticas pacifè pro bono pacis, etiam sine beneplacito Apostolico, per text. in c. 1. & c. *in de pact. lib. 6.* ubi DD. communiter in d. c. *Ex multiplici, & in c. 2. De transact.* est enim speciale, ut pacta & conventiones inter cum Receptoribus parochialium ecclesiarum super rebus ad parochialitatem pertinentibus subsistant, & assistant successoribus, licet neque à superioribus, neque à Sede Apostolica sint reborata, ut notat Anchar. in d. c. *in fin.* n. 1. & in 3. not. Et ibi etiam Franciscus praeteritum num. 2. quos sequitur Rota ubi supra. Tertius casus indubius est, ubi de aliquo privilegio apparet: nam & illud servandum est, ut c. *Ex transmissa, & cap. Anobis, supra eod.* Quartus casus itidem indubius, ubi constat de speciali prescriptione, ut cap. *Cum in tua, infra eod.* cap. *De quarta, de prescrip.* & constat ex dictis supra in 1. not. & pro his casibus facit littera huius cap. in illis verbis: Rationabilis causa ostendatur, quae à glo. Innoc. & Doctoribus exponitur, scilicet privilegium, transactio, vel specialis prescriptio in lingulis agris.

20 Sed cessante omni iure speciali, & reducendo materiam ad jus commune, refertur agatur de

decimis personalibus, an vero de praedialibus. Personales decimas clarum est pertinere ad Ecclesiam illam, ubi quis audit divina, & percipit ecclesiastica Sacramenta, sive illa sit Cathedralis, sive Plebs, sive parochialis, ut c. *Questi, iuncta glo. ult. 16. q. 1. c. Ad Apostolica, supra eod.* & c. *in fin. infra de Paroch.* & in hoc conveniunt omnes, ut hic testatur Abb. n. 16. vers. Nam aut quaritur.

21 In decimis vero praedialibus, ad quas reducitur tota difficultas, glossa facit duas conclusiones. Prima conclusio est, Ecclesia parochialis de iure communi fundat intentionem in perceptione decimarum praedialium ex fructibus qui colliguntur infra limites parochiae suae. Haec conclusio habetur expressè in haec decretalis in illis verbis: (Cum perceptio decimarum ad parochiales ecclesias de iure communi pertineat,) & in cap. *Cum in tua, infra eod.* ibi, (alioquin parochialis exolvatur, ad quas de iure communi spectat perceptio decimarum.) Et ita hic firmant glof. alleg. Holtienf. num. 1. Butr. in 1. not. Card. in 3. Anchar. in 2. & ceteri omnes, Imol. in c. *in fin. post princ. ut lit. pendet.* & alij apud Rebuff. in tract. de decim. q. 7. n. 5. eamque passim servat Rota, ut in pluribus decisionibus relatis à Cardinali Seraph. decif. 802. n. 1. in quibus Rota firmavit parochialem ecclesiam fundare intentionem super decimis etiam contra Episcopum.

22 Et procedit hæc conclusio etiam si ecclesia sit baptismalis; nam & ipsa in sua parochia est parochialis, & ideo fundat intentionem de iure communi super decimis praediorum infra suos limites existentium, juxta textum hic, & habetur expressè in cap. *De decimis, & in cap. Statutum, 16. q. 1.* ubi enim baptismalis, vel parochialis forum considerantur, utraque fundata est in perceptione decimarum praedialium infra suos limites, & hoc planum. Quod si baptismalis habeat sub se capellam, seu parochialem; & inter baptismalem, & parochialem sit controversia super decimis praediorum existentium in limitibus parochialis: tunc succedit difficultas inferius examinanda in 2. quæ est principalis.

23 Secunda conclusio glossæ est. Ex decimis praedialibus non debet Episcopus habere aliquam portionem, allegat c. *Quoniam, supra eod.* & infra c. *Dudum.* Haec conclusio à Doctoribus communiter reprobat. Unde dicit Episcopus de iure communi nec prorsus excludi à perceptione decimarum praedialium, ut malè putavit glossa nostræ, nec fundare intentionem super omnibus decimis, sed tantummodo super quarta decimarum totius Episcopatus: textus est clarus in c. *Congruente, supra de offic. Ordinari.* ubi inter iura Episcopalia recensetur in specie quarta decimationum, & in c. *Quoniam, ibi, decimas earum sua parte retentis, supra eod.* Ad idem, de quarta, de prescrip. cap. *Officij, & cap. Requisisti, §. servus, & cap. in de testam. & c. De his, de sepulchris, & secundum hoc intelligi potest textus in c. *Dudum, infra eod.* ubi Episcopus fundat intentionem super decimis, id est in quarta canonica, secundum Hostienf. & DD. communiter, & sic utrumque verum est & quod ibi, & quod hic dicitur: nam Episcopus fundat intentionem in sua canonica, ut ibi, & Parochus super reliquis decimis, ut hic, & in d. cap. *Quoniam, supra eod.* Quare huic intentioni adhaerent in summa huius tituli Goffred. §. 2. & Hostienf. §. Cui*

Anda, & in d. cap. *Congruente, de offic. Ordinarij, idem Holtienf. num. 15.* Jo. Andr. ad Butr. m. 44. Cardin. in 11. notab. & in 4. oppos. Anchar. in 5. oppos. n. 8. & sub n. 27. Abb. n. 27. prope fin. & n. 6. circa meam. Archid. in c. De his, n. 1. 1. o. q. 1. Bald. Butr. Card. Imol. Anchar. & Abb. in d. c. *De quarta, supra de prescrip.* omnes in 1. notab. & hic firmant Holtienf. nu. 1. Jo. Andr. m. 44. vers. Dicit hic, Host. Butr. num. 8. & Abb. n. 7. ad fin. Quibus auctoritatibus Rota decif. 31. n. 5. p. 2. d. verfor. firmavit hanc opinionem esse communem omnium fere DD. eandem sequuta est decif. 402. n. 1. p. 2. & decif. 64. n. 1. par. 5. recent. Quinimo ita fuisse solemniter pronunciatum pro Episcopo Silaricem, qui suam canonicam portionem petebat ab Hospitalarijs S. Joannis Hierosolymitanis, quæstione plenè disputata, & examinata coram Innoc. IV. testatur hic Holt. n. 1. vers. Sed Goffredus, & quamvis nonnulli putaverint quartam decimarum debeti Episcopo ex consuetudine, non autem de iure communi ut glof. in d. c. *Congruente, in ver. Decimationum, & Innoc. ibi, 4.* Haec tamen opinio est contra iura supra citata, ideoque à Doctoribus communiter reprobatu teste Seraphin. dec. 1449. n. 4.

24 Procedit autem hæc conclusio etiam si Episcopus concurrat cum ecclesia baptismali, quia cum baptismalis fundata sit super decimis praediorum existentium in sua parochia, utique de decimis ab ea perceptis Episcopus debet habere suam quartam. Et hoc dicitur tenendum Host. loco cit. & Jo. Andr. num. 4. Quod agatur de decimis praediorum existentium in limitibus parochialis fundatae in parochia baptismali; tunc quamvis valde sit controversum, an ecclesia matris, vel parochialis fundet intentionem super decimis novæ parochiae, quod late examinabitur infra in 2. quæst. tamen ad quamcumque ecclesiam pertineant decimae, semper verum est de illis Episcopum percipere debere suam canonicam portionem, & hoc similiter planum.

25 Limita primò conclusionem ut supra firmatam, qua dictum est Episcopum non fundare intentionem super omnibus decimis, sed tantummodo super quarta decimarum, ut non procedat quoad illam petitionem faciendam nomine parochialium ecclesiarum: nam quoad hoc fundat intentionem de iure communi super decimis in totum, ut hic tenet Host. n. 1. ad fin. vers. *Quinimo, per tex. in c. sine, supra de success. ubi int. est.* Sed an hoc sit verum, & quomodo sit intelligendum, scripsi plenè in c. *Quoniam, n. 2. 3. supra eod.* ubi etiam late examinavi an, & quibus casibus Episcopus possit petere suam quartam canonicam immediate a parochianis; & an per viam actionis, an vero per iudicis officium nobile, & n. 13. usque in fin. ubi videas, quia articulus est factis implexus, & à Doctoribus controversus.

27 Limita secundò supra dictam conclusionem, ut locum non habeat quando cathedralis ecclesia est etiam parochialis, & habet certam, & limitatam parochiam: tunc enim Episcopus fundatam habet intentionem de iure communi super perceptione decimarum in totum infra limites parochiae suae, & vincit omnes ecclesias, sive sint baptismales, sive parochiales, & in hoc casu potest intelligi textus in d. cap. *Dudum, infra eod.* & de his decimis Episcopus tenetur facere qua

quatuor partes, ut cap. *Vobis*, cap. *Vulturne*, & c. *Quatuor*, l. 2. q. 2. & ita tenet glof. 2. hic post medium, ibi, & illa dicitur, Butr. n. 8. vers. *Cessantibus autem*, & Abb. num. 7. idem tenet glof. ult. in cap. *Quelli*, l. 6. quæst. 1.

28 **L**imita tertio eandem conclusionem, ut non procedat quando decima non sunt in parochia alicujus Ecclesie, veluti si prædia sint multum distantia, & non inclusa in limitibus alicujus parochie, & sic ad nullum Parochum spectant: nam & tunc Episcopus absque dubio fundat intentionem super perceptione decimarum in totum; quia censetur esse sub illius parochia, & hic proprie est casus, cap. *Quoniam*, supra eodem secundum intellectum, quem ponit hic glof. 2. post medium, ibi, *vel illa decima*. quem quidem intellectum approbant inter DD. in d. cap. *Quoniam*, & hic Anton. de Butr. d. n. 8. vers. *Si autem non sunt prædia*, & Abb. d. n. 7. vers. *Aut hæc decima*.

29 **L**imita quarto eandem conclusionem ubi parochie non essent distincte, ut in decreto Concilij Trid. c. 13. vers. *In quibus civitatibus*, sess. 24. nam & eo casu Episcopus percipere deberet omnes decimas prædiales, quemadmodum olim percipiebat ante distinctionem parochiarum, non tamen deberet illas sibi retinere, sed inter clericos pro cuiusque meritis dispensare, ut est textus stabilis in c. 1. l. 6. q. 7. & tenet Abb. d. n. 7. vers. *Idem intelligo*, & Put. de off. 37. l. n. 6. lib. 1.

30 **L**imita quinto prædictam conclusionem, ut locum non habeat, si in tota diocesi non reperiretur alia parochia nisi cathedralis; quia tunc absque dubio Episcopus fundaret intentionem in totum super perceptione decimarum totius diocesis, ut patet in d. cap. 1. §. *Haec verò decimas*, & notat Butrus eod. in d. vers. *Idem & fortius*, & Abb. num. 7. & sapius firmavit Rota, ut referetur in decis. 22. n. 2. par. 7. Recent.

31 **S**ecundò QUÆRO, Posito Trid. Concilij decreto c. 4. sess. 21. quis fundet intentionem super decimis in parochia noviter erecta intra fines alterius parochie juxta formam cap. *Ad audientiam*, §. *primò*, infra de Eccles. adific. an scilicet Plebs, seu Ecclesia Matrix; an vero Capella, seu Parochialis noviter edificata infra Plebanatum.

Hæc est quæstio quotidiana, & valde difficilis, in qua variegantur antiquorum opiniones super interpretatione illius decretalis, *Ad audientiam*.

32 **P**rima opinio fuit glossæ Bernardi ibidem in ver. *Obventiones*, ubi putavit decimas non deberi Ecclesie noviter constructæ, sed Ecclesie Matri- ci, quæ fundat intentionem de jure communi super decimis percipiendis, ut c. *Cum in tua*, infra eodem, & ad illud cap. *Ad audientiam*, quod præcipit assignari obventiones Sacerdoti in nova Ecclesia instituendo, dat duos intellectus. Primus est quod Papa ibi sub nomine obventionum non intellexit de decimis prædialibus, sed de aliis obventionibus, videlicet de oblationibus, de decimis personalibus, quæ dantur diebus, quibus Parochiani accedunt ad Ecclesiam de mortuariis, & conamiliibus: nam si de illis intellexisset, utique expressisset, sicut expressit de obventionibus, arg. cap. *Ad audientiam*, supra eod. Secundus intellectus est, quod quatenus verbum, obventiones, includat etiam decimas prædiales, tamen Papa illud fecit ibi de plenitudine potestatis propter periculum animarum, & quia Rectori anti-

quo remanebant sufficientes redditus ad sustentationem. Sed Episcopus absque mandato Papæ non potest decimas novo Parocho assignare, nisi de consensu Rectoris Ecclesie antiquæ; quia non potest iura unius Ecclesie dare alteri, c. 1. supra de reb. Eccles. non alien. & arg. c. *Constitutum*, §. *Sicut duo*, l. 6. q. 1. Eandem opinionem tenet, & pluribus confirmat Hugo in c. *Ecclesie*, l. 6. q. 1. ut ibi notatur in glof. an. & Innoc. in c. *Ad Apostolica*, supra eod. & Raym. in summ. tit. de Decim. part. 3. vers. *Item aliqui*.

33 **S**ecunda opinio fuit Jo. Andr. in addit. ad Speculat. in t. 1. de Decim. littera D. in ver. *Unica*, ubi plene examinat hanc quæstionem, & post multa in effectu sic distinguit. Aut Ecclesia baptismalis erecta fuit post parochialem, ita ut parochialem comprehendat ut capellam; & tunc clarum est parochialis Ecclesie deberi ius antiquas decimas reales ad eum modum, quo primitus ei competeant; quia constructio nova Ecclesie baptismalis intelligi debet sine præjudicio parochialis: allegat jura, quæ hoc probant in sui ratione, videlicet c. *Si quis laicus*, c. *Quicumque*, c. *De decimis*, & c. *Statutum*, l. 6. q. 1. & in hoc primo membro consentiunt Butr. Cardin. & Abb. Aut vice versâ parochialis Ecclesia erecta fuit post baptismalem, seu plebem, & infra limites plebanatus; & tunc Jo. Andr. concludit decimas deberi Matri- ci Ecclesie, seu plebs: & hoc intelligit de decimis prædialibus: nam personales debentur capella: allegat jura, quæ dicunt expresse decimas non esse subrahendas antiquis Ecclesiis, & plebibus, ut dicitur capellis in illarum parochia adificatis, videlicet c. *Ecclesie*, d. c. *Quicumque*, c. *De decimis*, & c. *Statutum*, l. 6. q. 1. & c. *Decimas*, l. 3. q. 1. alias vers. *Sub secundo*, §. *Et videtur casus*, inc. *Ex transmissis*, cum sua glossa in ver. *Decimas supra de præscriptis*. Et pro hac opinione, quam ut ipse ait, approbat consuetudo, & facit vitio enormis præjudicium, quod pateret ecclesia baptismalis, si præter decimas personales, & oblationes, quas perdidit ob erectionem novæ parochie, amitteret etiam prædiales contra canones supra inductos: cum præsertim baptismalis adhuc sit parochialis totius plebanatus ratione administrationis Baptismi, quod est fundamentum omnium Sacramentorum, cap. *fin. de Presbyter. non baptiz.* Quo respectu etiam nuncupatur Matrix, quia licet mater generat, ita hæc baptizando regenerat, ut notatur in Clem. 1. circa medium glof. in ver. *Matriem*, de sent. excomm. Atque ita in hoc secundo membro Joan. Andr. concordat cum primâ opinione Hugonis, & Bernardi. Sed postea limitat suam conclusionem dupliciter: primo scilicet, si consuetudo habeat ut decimæ debeantur parochiali noviter erectæ: secundo, si Episcopus in limine erectionis, cum aliter animabus provideri non posset, illas parochiali Ecclesie assignaverit de sui Capituli consensu: & in hoc discrepat a prima opinione Bernardi, qui putavit Episcopum hoc non posse absque speciali commissione Papæ, nisi de consensu Rectoris majoris Ecclesie.

34 **P**ædiales contra canones supra inductos: cum præsertim baptismalis adhuc sit parochialis totius plebanatus ratione administrationis Baptismi, quod est fundamentum omnium Sacramentorum, cap. *fin. de Presbyter. non baptiz.* Quo respectu etiam nuncupatur Matrix, quia licet mater generat, ita hæc baptizando regenerat, ut notatur in Clem. 1. circa medium glof. in ver. *Matriem*, de sent. excomm. Atque ita in hoc secundo membro Joan. Andr. concordat cum primâ opinione Hugonis, & Bernardi. Sed postea limitat suam conclusionem dupliciter: primo scilicet, si consuetudo habeat ut decimæ debeantur parochiali noviter erectæ: secundo, si Episcopus in limine erectionis, cum aliter animabus provideri non posset, illas parochiali Ecclesie assignaverit de sui Capituli consensu: & in hoc discrepat a prima opinione Bernardi, qui putavit Episcopum hoc non posse absque speciali commissione Papæ, nisi de consensu Rectoris majoris Ecclesie.

35 **T**ertia opinio fuit in d. c. *Ad audientiam*, §. *primò*, de Eccles. adific. in glof. in ver. *Proventus*, qui tenet novæ Ecclesie non deberi nisi proventus spirituales, quos Ecclesia Matrix habebat in ea villa, ubi nova Parochia fuit constituta: Non enim credimus, inquit, quod ei dare deberet cam-

tamos, vel alia bona, quæ haberet in ipsa villa, & cum eo tranfit ibi Abb. *Antiquum*, l. 1. in eod. ver. Non tamen aperit Innoc. an sub nomine proveniunt spiritualium intellexerit de decimis, necne. Et nihilominus illius opinionem refellit ibid. Host. n. 2. in ver. *Obventiones*, quia Episcopus Ordinator est non solum spiritualium, sed etiam temporalium ad Ecclesiam pertinentium, cap. 1. l. 2. & 3. & per totam, l. 10. q. 1. Unde si veniat periculum animarum, debet præponere spiritualia temporalibus, arg. cap. *Præscriptum*, l. 2. q. 1. cum aliis per eum allegatis, & cum Host. consentiunt illic Jo. Andr. n. 2. in ver. *Proventus*, Butr. n. 8. Cardin. n. 7. in prima questione, & Abb. n. 7.

38 **Q**uarta opinio fuit Goffredi in summa hoc tit. §. 2. allerentis decimas prædiales deberi Parochiali, intra cujus fines prædia sita sunt: personales verò dividendas esse inter baptismalem, & illam, in qua Parochiani audiunt Divina, pro qua facit quod scripsit Jo. Andr. in cap. *De his super glof. 2. de Sepali*. & quod dicam infra n. 37.

39 **Q**uinta opinio, quæ aliquantulum accedit ad præcedentem, fuit Holtien. in summa eod. tit. §. *Cautionanda*, in princ. qui cens. personales dandas esse parochiali, seu baptismali, id est ubi audiuntur Divina, & percipiuntur Sacramenta, per cap. *Quis*, l. 6. q. 1. Prædiales verò Parochie prædiorum, ut cap. *Quoniam*, supra eod. & cap. *fin. de parochis*, nisi aliud habeat consuetudo, cap. *Cum sint*, supra eod.

40 **S**exta demum opinio fuit Jo. Calder. filii adoptivi Jo. Andr. qui reprobat hæc patris opinionem, arbitratus est decimas prædiorum novæ Parochie deberi Ecclesie parochiali noviter constructæ, etiam si eas Episcopus illi non assignaverit; quia de jure communi eò ipso quod Ecclesia habet limitatam parochiam, debentur illi redditus spirituales provenientes ex prædiis intra parochiam inclusis, ut in cap. *Pastoralis*, supra de his qua sunt à Pralat. Et hanc rationem dicit esse convincibilem Abb. in d. cap. *Ad audientiam*, n. 14. vers. *Et potest allegari*, infra de Eccles. adific. Cui opinioni valde etiam suffragatur littera illius Decretalis, *Ad audientiam*, in ver. *Obventiones*: nam decimæ veniunt appellatione oblationum, ut cap. *Cum inter*, de verb. signif. Ergo fortius veniunt appellatione obventionum, quod est verbum magis generale. Sed obventiones debentur Sacerdoti novæ parochiali præficiendo, ut est textus in d. c. *Ad audientiam*, ibi, *Obventiones Ecclesiasticas percepturum*. Ergo illi debentur & decimæ. Eandem opinionem tenuit glossa in summa l. 3. q. 1. & ibidem Archid. dicens de hoc esse casum in cap. *Ad decimas*, de vestit. spoliat. Paul. Zenzelin. & Laudun. in Clem. 1. de decim. Collectar. in cap. *Quoniam*, n. 1. supra eod. Anchar. inter conf. Calderini in tit. de decim. conf. 2. Et pro hac parte post prolixam disputationem concludit hic Butr. col. ult. vers. *Nisi videtur sic concludendum*, & Cardin. in 2. quæst. nisi tamen Ecclesia esset parochialis certorum Parochianorum sine limitibus; quia tunc planum putat decimas prædiales deberi Ecclesie matri, quia adhuc Parochia remanet matrix, secundum eum: quam limitationem ante eum posuit & Collectarius loco cit. sequitur Abb. hic n. 8. col. ult. post medium, dicens, hanc opinionem tenere communiter moderniores. Pro qua etiam ipse in facti contingentia consuluit, ut idemmet restatur in d. cap. *Ad audientiam*, n. 14. de

Eccles. adific. habetur illius conf. lib. 1. tom. 1. §. 8. incipien. in questione qua vertitur, per totum. Et ad jura per Jo. Anchar. inducitur, quæ dicunt novas Capellas hõ esse construendas in præjudicium baptismalis nec decimas esse subrahendas plebibus ut dicitur Capellis, respondent Butr. & Abb. non habere locum quando ad erectionem, & subtractionem hujusmodi proceditur ex iusta, & necessaria causa, vel illa jura secundum Calder. loquuntur de Capellis non habitibus aliam parochiam sub se, quod etiam dixit Butr. in cap. *Ex transmissis*, n. 7. supra de præscriptis. Demum hæc sententiam multoties probaturum Domini de Rota, videlicet in Comen. decimarum 28 Junii 1602. & 27. Novembrii 1606. coram Cardinali Sacro, item in Canobem. decimar. de Corvecon. 11. Martii 1615. coram Pirovano, & in Mediolanen. decimarum 5 Julii 1616. Januarii 1617. coram Card. Pamphil. Ac demum in Mediolan. decimarum de Carlatis, 18. Martii 1616. coram Mart. Andr.

42 **E**x his vides quanta sit in hoc articulo sententiarum varietas: unde vix aliquid certi firmari possit si quæstio dirimenda esset ex jure communi. Verum hodie totam hanc controversiam non obscure dissolvit jus novissimum Concilij Trid. in c. 4. sess. 21. (Statuit enim) ut in omnibus Ecclesiis parochialibus, vel baptismalibus possint Episcopi ex causis ibi expressis novas Parochias erigere etiam in vitis Rectoribus; & mox subdit: Illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt Ecclesiis noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam matriem quemodocumque pertinentibus.) Hæc ibi. Expendenda sunt singula verba cum mysterio apposita ad summo vendas antiquas Doctorum alterationes. Primò enim in illis verbis, (Possint Episcopi etiam in vitis Rectoribus) correxit primam opinionem Bernardi, & Hugonis, qui putabant Episcopum sine speciali commissione Papæ non posse novas Parochias erigere, & Sacerdotibus ibi influendis obventiones assignare absque consensu Rectoris Ecclesie antiquæ, ut dicitur esse supra n. 42. Jam enim ex Concilio Episcopus potestatem habet ut supra erigendi, & assignandi etiam in vitis Rectoribus.

44 **D**einde in verbis (ex fructibus ad Ecclesiam matriem quemodocumque pertinentibus) correxit opinionem Hugonis, & Bern. dum dixerunt Episcopum non posse auferre decimas Ecclesie matri, & illas dare Ecclesie noviter erectæ: nam ex Concilio potest Episcopus novæ Ecclesie assignare fructus ad Ecclesiam matriem pertinentes; & licet etiam decimas, quæ veniunt fructuum appellatione, c. *Nuncios*, & c. *Ex parte*, §. *secundo supra eod.* cum simili. præsertim cum Concilium adjecterit ad verbum illud universale, quemodocumque, quod est valde prægnans, & extendit dispositionem etiam ad ea, quæ alias non fuissent inclusa, c. *Solite*, & ibi Abb. in ult. not. de major. & obed. glof. fin. in addit. marg. in l. *Cum pœna*, ff. de arbit. dixit in c. *Cum venisset*, n. 70. supra de iudic. Quam interpretationem jam pridem probavit S. Congregatio ejusdem Concilij Interpret. dum declaravit licere Episcopo assignare Sacerdotibus, qui erunt præficti novis Parochiis secundum d. cap. 4. constitutis competentem portionem arbitrio suo ex omnibus fructibus ad matriem pertinentibus, non distinguendo magis decimas, quam alia corpora

reditum ejus. Rursus in eisdem verbis, ex fructibus, &c. Concilium sustulit tertiam opinionem Innocentii, de qua supra n. 37. quatenus putavit novo Parocho dari non posse nisi proventus spirituales, & probavit opinionem Holtien. qui sentit dari posse etiam temporales urgente necessitate. Indubitatum est namque reditus, & proventus temporales venire appellatione fructuum, l. *Frugem ff. de verb. signific. cum similibus.* Sed e converso videtur magis adhuc sententiam Innocentii in eo, quod dixit, novo Parocho non posse dari campos: idem enim videtur & Concilium intellexisse, dum iussit portionem assignari ex fructibus, quorum appellatione non venit proprietatis, seu fundus, sed quod ex fundo nascitur, & renascitur, ut in d. l. *Frugem*, notat gloss. *ali.* & *Abd.* in cap. *Salubriter*, infra de usur. Quod tamen videtur intelligendum respectu proprietatis, non autem respectu utilis domini; quia cum Episcopus ex Concilio possit assignare novo Parocho fructus alicujus fundi matricis Ecclesie, & hæc assignatio debeat esse perpetua, quia dos Ecclesie non potest constitui ad tempus, ut c. *Nemo*, de consecrat. dist. 1. & in Auchen. *Nullus fabricet Oratoria domum*, s. *vt qui Ecclesias*; hinc necessario sequitur, ut facultatem habeat assignandi etiam fundum ipsum quoad dominium utile: hoc enim importat assignatio perpetua fructuum, vel usus fructus, ut est ex m. l. 1. *Qui in perpetuum*, & ibi notatur, *ff. si ager reus vel empti venditor*, petat. & tradit Paul. de Caltr. *conf. 376. Licet iudex*, col. 2. ante medium, *vers. Ultimo probatur*, lib. 1. Et ita arbitror conciliari posse dissidentes opiniones Innoc. & Holt. ut scilicet opinio Innocentii procedat respectu proprietatis & domini directi; opinio vero Holtienensis respectu utilis domini. Ad hæc Concilium in illis verbis (Competens portio arbitrio Episcopi) aperte sustulit sextam opinionem Calderi, & aliorum, qui putant parochialis noviter erectæ deberi proventus, & decimas omnes ad matricem pertinentes, ut dictum est supra n. 40, nam Concilium noluit deberi omnes, sed competentem portionem secundum arbitrium Episcopi. Simile in cap. *Exposuisti*, in fin. & in c. *Excipienda*, s. *Qui vero*, supra de Præb. & in c. *Pastoralis de his, qui sunt à Prælat.* Ultimo in eadem clausula, (competens assignetur portio arbitrio Episcopi.) Synodus aperte approbavit secundam opinionem Jo. Andr. de qua supra n. 33. sententia cessante Episcopi assignatione, decimas remanere Ecclesie baptismali, seu plebi: & improbavit ultimam opinionem Jo. Calderini, & sequacium, qui existimant decimas parochiales transire ipso jure ad Ecclesiam noviter constructam. Etenim unumquodque verbum prædictæ clausulæ excludit transitum ipso jure; & primo, hoc spectat verbum illud, *assignetur*, quod est verbum facti, & requirit hominis ministerium, ut in d. c. *Exposuisti*, & d. s. *Qui vero*, l. *Si quis*, ff. de legat. 3. & l. 1. s. *fin* ff. *de iur. iur. stabular.* & tradit Alciat. *Raregon. lib. 1. c. 88. Paris. cons. 53. n. 6. vol. 3.* & Decius *conf. 640. n. 6.* Si enim portio est assignanda ab Episcopo: ergo non transit ipso jure. Idemque colligitur ex illis verbis, *competens portio*: nam Concilium noluit, ut nova Ecclesia fundaret intentionem super omnibus decimis prædiorum intra suos limites existentium, juxta textum in cap. *Pastoralis*, supra de his, qui sunt à Præ-

lat. Sed ut illi congrua tantum portio assignetur ab Episcopo, quippe ante ejus declarationem ignoratur quæ portio sit competens; & consequenter non potest ipso jure in Ecclesiam transire, cum præsertim portio appellatio veniat pars, & non totum, *l. nomen situram*, s. *Portio*, ff. *de ver. signif.* & ibi notat Rebuff. *50* Et confirmatur ex verbis, *arbitrio Episcopi*, quia repugnant ut decimæ omnes transeant in Ecclesiam ipso jure absque facto hominis, & competentis portio dumtaxat assignetur ab Episcopo pro ejus arbitrio. In his enim quæ sunt determinata à jure arbitrium non intrat, ut l. 1. s. *An Prætor*, ff. *de jur. deliber.* l. *Mora*, ff. *de probat.* cap. *fin.* supra de *transact.* Text. optimus in c. *De causis*, s. *Ille de offic. delegat.* cum concordant, de quibus ibi per Holt. *n. 2. vers. in istu enim.* Atque ita non obstat quoddam aliud inductum sit ipso jure, non tamen excludatur factum Superioris, c. *Cum ad nostram*, & ibi gloss. *in ver. irritate*, supra de elect. c. *Cum secundum de heret. lib. 6.* & tradit Tiraquellus in l. *Si unquam*, in *verb. Revertatur*, n. 446. c. *de revo. donat.* Quoniam respondetur hoc verum esse in factu hominis, quod est in executione juris præxistentis, & ita loquitur Tiraquell. ait enim; (Licet in his, quæ ipso jure concessa sunt, non sit necesse adire iudicem, potest tamen officium iudicis, si de facto expediat, implorari. At Concilium non præcipit Episcopo, ut in assignatione nisi purgationis exequatur jus præcedens, sed ut arbitretur quanta, & qualis esse debeat portio; & tunc demum illam assignet novo Parocho. Nam verba illa, *competens portio*, referuntur ad quantitatem; sequentia vero, *ex fructibus ad matricem quomodolibet pertinentibus*, referuntur ad qualitatem portionis per Episcopum assignandæ. Ergo nihil est quod possit executioni demandari antequam appareat ex declaratione Episcopi quanta, & qualis sit huiusmodi portio: nam quod pendet non est pro eo quasi sit, dicit textus in l. *Is damnatus*, s. *Quod pendet*, ff. *de re vel. iur.* & notatur in cap. 2. *infra de appellat.* & cum sit in arbitrio Episcopi assignare portionem novo Parocho sive ex decimis, sive ex aliis fructibus ad matricem pertinentibus, quamdiu hoc arbitratu non fuerit, decimæ non debentur; quia potest contingere, ut non assignet decimas, sed alios reditus, & ratione incertitudinis, & ambiguitatis nihil debetur, ut l. *Duo sunt Titius*, ff. *de re iur.* & l. *Si ita fuerit*, ff. *de reb. dub.* facit textus in l. *Ita stipulatus*, ff. *de verb. oblig.* & in l. *Cum potest*, s. *Genere*, cum ibi notat, ff. *de iur. dot.* Non obstant decisiones Rotæ supra in contrarium allegatæ, quoniam loquuntur in terminis juris communis; sequuntur enim opinionem Calderini uti magis communem, sed non advertunt ad Decretum Concilii. Item non obstat quod Concilium innovaverit cap. *Ad audientiam*, si primo, infra de *Eccles. edifican.* non autem illi derogaverit. Nam responderet Concilium non de rogasse prædictæ Decretali, sed Doctorum opinionibus. Præterea obiter vandum est Concilium innovare d. c. *Ad audientiam*, in ea tantum parte, in qua disponit de erectione novæ Parochiæ, non autem ubi agit de fructibus novo Rectori assignandis; quinimò ubi de fructibus agit, adversative loquitur, ut in *vers. Ille autem Sacerdotes*, pon-

derando dictionem, autem, de cuius natura est adyerfari præcedentibus, ut notat Bart. in l. *Mariti*, s. *Eum autem*, n. 1. ff. *de adulter.* & in l. *Hoc amplius*, s. *De his autem*, n. 1. ff. *de damn. infect.* Postremò eademmet Rota in prædicta causa Mediolanen. decimarum de Carlatio propter verba Concilii de sua conclusione habuit; ideoque rejecit causam ad S. Congregationem Cardinalium ejusdem Concilii interpretum, quæ anno 1617. me Secretario, partibus auditis, atque articulo accuratè discussio, de cens. decimis ad Ecclesiam matricem pertinentes non transire ipso jure in Parochialem Ecclesiam noviter erectam, sed remanere apud Ecclesiam matricem, nisi hæc assignare novo Parocho ad præscriptum Concilii assignaverit. *52* Nunc declaro notabiliter conclusionem ut supra firmatam, ut vendicat sibi locum in decimis parochialis tantum, in quibus terminis articulo fuit examinatus, & resolutus à S. Congregatione, non autem in decimis personalibus, quæ transeunt ipso jure in Parochialem noviter erectam etiam ante ullam Episcopi assignationem, ut notat gloss. in d. c. *Ad audientiam*, in *ver. Obventiones*, quæ in hoc communiter approbatur, & Joan. Andr. in *addit. ad Speculat.* in *tit. de decim. littera D. in ver. Vnica*. Ratio esse evidens; quia decimæ personales, seu sacramentales debentur illi Ecclesie, ubi quis audit Divina officia, & percipit Ecclesiastica Sacramenta, ut ostensum est supra n. 20. Ergo cum populus post erectionem novæ Parochialis ad eam confluat pro Divinis audiendis, & Sacramentis recipiendis; non autem ad Ecclesiam matricem: consequens est ut decimæ personales non eidem matrici, sed novæ Parochiali sint solvenda. Præterea personales non debentur primæ Parochiali si quis muta veritè domicilium, sed secundæ ubi audiatur Divina, & recipiat Sacramenta, ut est textus in c. *Ad Apostolica*, supra eod. & ibi notat Butr. & alii; Rota *decis. 124. n. 7. par. 5.* *54* Recent. Censetur enim quis Parochianus illius Parochiæ, in qua inhabitat, ut de Scholasticis, & Mercenariis notat gloss. in Clem. 1. in *ver. Parochialis de privileg.* Si igitur Parochiani recedentes à Parochia antiqua, etiam ex causa voluntaria, & ad tempus non tenentur amplius illi solvere decimas personales, quia dantur pro illis tantum diebus, quibus Parochiani accedunt ad Ecclesiam, ut ait gloss. in d. cap. *Ad audientiam*, si primo, in *ver. Obventiones de Ecclesia edifican.* utique longe minus ad id tenentur cum recedunt ex causa necessaria, & perpetua dismembrationis Parochiæ: jam enim Parochiani Ecclesie noviter erectæ in nova Parochia habitationem, & domicilium habent, ibique tenentur Divina audire, & Sacramenta percipere, & consequenter soluti sunt ab obligatione solvendi decimas personales matrici Ecclesie, etiam sine facto, & ministerio Episcopi, Rota in d. *decis. 124. n. 4. par. 5. Recent.* Et est simile in futuris obligationibus, quæ debentur novæ Parochiali, etiam si illas Episcopus non assignaverit, ut ex sententia S. Congregationis tetigit in d. c. *Ad audientiam*, n. 39. & hoc planum. *55* Sed remanet dubium quid juris sit si aliquis percepit Sacramentum Baptismi in Ecclesia matricis, & reliqua Sacramenta in Parochiali, cuiusmodi Ecclesie decimæ personales debeantur. Butr. hic n. 8. col. 4. in *prin. vers.* Quantum autem ad

decimas, Card. n. 8. *vers. Personales autem*, & Abb. hic n. 6. *vers. Remanet*, tamen unum dubium, putant decimas personales partim deberi Ecclesie baptismali ratione baptismi, qui est janua omnium Sacramentorum, c. *fin. de Presb. non baptizant.* partim parochiali propter reliqua Sacramenta, & allegant notata per Jo. Andr. loco supra citato, n. 33. Inducunt etiam quod notat Innoc. in cap. *De Sepultur.* & textum cum ibi notatis in c. 2. eodem tit. l. 6. & quod notatur in cap. *Novum genus*, supra eod. Fatetur tamen in hoc standum consuetudini. Verum personales debentur illi Ecclesie, in qua audiuntur Divina, non autem baptismali si ibi Divina non audiantur, tenet gloss. in c. *Stratumus*, in *ver. Baptismal.* m. 16. q. 1. gloss. *ult.* in cap. *fin. de Parochia*, Jo. Andr. & Anchar. in d. c. *Ad Apostolica*, supra eod. Rebuff. *de decimis*, d. q. 6. n. 21. Et huic opinioni suffragatur quod personales debentur illi Ecclesie, ubi Parochiani audiunt Divina officia, & percipiunt Sacramenta per totum anni circulum, ut cap. *Questi*, 16. q. 1. seu frequentius, ut per Rebuff. d. q. 6. n. 2. ubi refert se ita invenisse in quadam Decretali, Alex. III. incipien. *Nota que ad honestatem*. In integra, ita ut si aliquoties in una Ecclesia, & postea in alia Divina audierint, vel in hyeme in una Parochia, & in æstate in altera: tunc personalis æqualiter sit dividenda auctoritate Superioris, si æquale fuerit tempus; alioquin proportionabiliter pro parte temporis, ut post Innoc. notat Butr. in cap. 2. in *fin.* supra eod. & Rebuff. loco citato. Sed Parochiani Ecclesie noviter erectæ nec audiunt Divina, nec per anni circulum percipiunt Sacramenta in Ecclesia baptismali, sed semel tantum in vita Sacramentum baptismi. Ergo non tenentur eidem matrici ad personales. Primatamen opinio videtur satis rationi consona, & fuit originaliter Goffredi in *summa hoc tit. s. 2. ut dixi supra n. 39.* Pro qua facit optimè textus in d. c. *Questi*, 16. q. 1. ponderando illa verba (ibi dent decimas suas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Missas audiunt) quæ satis clara innotent decimas personales utrobique solvendas, id est tam in Ecclesia, ubi quis baptizatur, quam in illa, ubi per anni circulum audit Divina officia, & percipit reliqua Sacramenta: & hoc placet, cessante tamen Episcopi assignatione, vel consuetudine, ut per Cardin. & Abb. loco citato, & per Rebuff. in d. *quest. 6. n. 21.* *57* Potrò cum Archiepiscopus Urbini assignasset quamdam portionem decimarum ad matricem pertinentem, quam vocant Quartesium, alteri Parochiali eò quod Baptisma, quod in matrici tantum ministrabatur, posuisset etiam in d. Parochiali: S. Congregat. Concilii *cent. 64. sess. 21.* ad hunc casum non pertinere. Item per disjunctivam, vel positivam in d. cap. 4. ibi, Parochialis, vel baptismalibus, censuit Ecclesiam baptismalè non esse parochialem, nec habere curam animarum, quod notant Doctores in Clem. *unica*, de *Baptism.* quia actus baptismi potest exerceri per laicum; & sic non est de cura penitentiali, vel judiciali, cuius laicus sicut & mulier est incapax. Et hoc intelligi si baptismalis non habeat nisi administrationem baptismatis; secus si habeat administrationem omnium Sacramentorum; quia tunc est parochialis respectu sui Parochiæ, ut hic declarat Butr. num. 8. ante medium, *vers. Si prædita*

19 sint Demū censuit S. Congregatio in omnibus ecclesiis parochialibus debere esse fontem baptismalem, nisi essent in aliquibus specialiter Ecclesiis deputati fontes baptismales, qui matricis, vel baptismales Ecclesie vocantur, ita ut fiat distinctio matricum Ecclesiarum ab aliis curatis.

CUM IN TUA. Decima omnium fructuum prædii debetur illi, qui sibi præscripsit illud prædium decimale; alterius verò prædii, quod non præscripsit, decimam non habebit. Hoc dicit secundum Jo. Andr. Butr. & Ancharan. vel secundum Cardin. Abb. & Joann. de Anan. decima omnium fructuum prædii debetur ei, qui præscripsit, ibi, decimas, sed ad aliud prædium præscriptio non extenditur. Communis divisio, Consultatio, & responsio, secunda ibi, Respondemus, & est pars cap. Cum in tua, sup. de testam. & c. Cum in tua, infra de spons. & qui matr. ac cul. poss. Pro intelligentia hujus textus vide quod scriptum in cap. Proximo, n. 1. sup. eod.

DE DECIMIS.

Cap. In aliquibus.

SYMMARIVM.

- 1 Prædiorum domini cogi possunt ut prædia colenda dent talibus, à quibus sine contradictione Ecclesia possit decimas consequi.
- 2 Decimas integrè non solventes excommunicari debent, & sic mortaliter peccant.
- 3 Decime saltem prædiales etiam hodie sunt solvenda de jure Divino, & num. seq. usq. ad n. 10. & n. 16.
- 4 Quid in decimis personalibus, n. 5. & 15.
- 5 Decimarum præceptum in lege veteri partim fuit morale, partim iudiciale, partim ceremoniale, & n. 6. & 8.
- 6 Respectu quotæ hodie est de jure Ecclesiastico, n. 9.
- 7 Detinere idem est quod rapere, & idem est auferre quod non dare.
- 8 Præcepta iudicialia legis veteris, etsi non obligent tempore gratiæ, tamen servari possunt, ac etiam debent si ab Ecclesia statuuntur.
- 9 Consuetudo eximens à solutione decimarum an sit attendenda, & n. seq.
- 10 Quid in Clericis, & Religiosis.
- 11 Et quid in Laicis.
- 12 Consuetudo induci non potest, ut laici ex toto sint exempti à solutione decimarum prædialium, sed ad hoc requiritur vel privilegium, vel immemorabile cum fama privilegii.
- 13 Et quid post Bullam Urbani VIII.

IN ALIQUIBUS. Domini prædiorum cogi possunt ut prædia colenda dent talibus, à quibus sine contradictione Ecclesia possit decimas consequi: hoc dicit usque ad §. ille, qui ob sui brevitatem non summatur. Prima pars ponit excessum, quem secunda corrigi mandat, ibi, Volentes.

2 Nota primò ibi, per censuram Ecclesiasticam. Non solventes decimas cum integritate, ad id compellendos esse per excommunicationem, Con-

cordat Concilium Rothomagensè relatum in c. Omnes, 16. q. 7. ibi, (Anathematis vinculo feriantur usque ad satisfactionem, & emendationem congruam.) Et Concilium Trident. c. 12. sess. 25. ibi, (Integre persolvant, qui vero eos subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur.) Et hinc collige contravenientes mortaliter peccare, cum excommunicatione non feratur nisi pro culpa lethali, cap. Nemo Episcoporum, 1. q. 3. & ita hic tenet gloss. ultima, & Abb. n. 4.

3 Secundò nota ex §. ille, ibi, ex lege Divina textum expressum, quòd decime saltem prædiales hodie necessario sunt solvenda de jure Divino: & hinc collige apertissime præceptum legis veteris circò decimarum solutionem non expirasse per legem Evangelicam, sed adhuc necessariò servandum esse, & consequenter ad præcepta merè iudicialia, seu ceremonialia non pertinere, quæ fuerunt evacuata per adventum Christi, secundum ea, quæ docet S. Thom. in 1. 2. q. 103. art. 4. & q. 104.

4 art. 3. & ita docet gloss. ult. hic, & Innoc. in c. Significavit, n. 2. supra de paroch. ubi relatis auctoritatibus veteris, & novi Testamenti, fusè probat omnes decimas tam personales, quam reales hodie esse integrè persolvendas de jure Divino, & debere confundi istos novos Magistros, & Prædicatores contrarium asserentes. Imol. n. 3. ad fin. (Mirum est (inquit) de quibusdam, qui quasi insani, & hæretici dicunt, quòd personales decime non sunt dandæ, cum habeatur contra Nam. 10. circa finem, & Deuterom. 12. circa princ. & major ratio sit, quòd quis det tributum de eo, quòd producit manus sua tanquam dignius, quam quòd de eo, quòd producit humus. Item Abbas supra in Rubrica, n. 2. vers. Et advertite. Otiendit omnes DD. Ecclesiæ in hanc sententiam convenire, ut etiam hodie decimæ debeantur. Scilicet de jure Divino; & opinionioni Canonistarum apertè suffragatur Concilium Tridentinum in d. cap. 1. sess. 25. in illis verbis: (Cum decimarum solutio debita sit Deo, & qui eas dari noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadunt.) quæ verba desumpta sunt ex cap. Decime, 16. q. 1. & non obscure innuunt hoc præceptum esse morale, & contineri sub præcepto illo Decalogi, Non furtum facies. Nam (ut ait glossa in d. cap. Decime, in ver. invastè) idem est detinere quod rapere, ut ibi, & in cap. Sepè, de rebus, sfoliat. & idem est auferre quod non dare, cap. Sic, 27. dist. & c. Indigne, 1. 2. q. 2. Præcepta autem moralia legis veteris cum sint juris naturalis, immutabilia sunt, & servari debent ab omnibus etiam post legem Evangelicam, §. Hi itaque, & ibi gloss. 1. 6. dist. S. Thom. in 4. sentent. dist. 2. q. 1. art. 4. quest. 1. ad secundum, & in 1. 2. quest. 98. art. 5.

5 & ita expressè docuit Archid. in cap. Decime, n. 3. 16. quest. 1. ex eodem D. Thoma in 2. 2. quest. 87. art. 1. in corpor. dicens (præceptum de solutione decimarum in veteri lege partim fuisse morale inditum naturali ratione, partim autem iudicialia ex Divina institutione robri habens; quòd enim eis, qui Divino cultui ministrabant ad salutem populi totius, populus necessaria victus ministraret, ratio naturalis dicitur, sicut & his, qui communi utilitati invigilant, scilicet Principibus, & militibus, & aliis hujusmodi stipendia victus debeantur à populo; Unde & Apostolus hoc probat 1. ad Corinth. 9. per humanas consuetudines dicens: Qui ministrat sibi stipendium recipit aut

quæ

De Decimis, c. In aliquibus.

qui plantat vineam, & de fructibus eius non edit? Sed determinatio certæ partis exhibendæ ministris Divini cultus non est de jure naturali, sed est introducitur institutione Divina secundum conditionem illius populi, cui lex dabatur; sic licet quantum ad determinationem decimæ partis hoc præceptum erat iudiciale, licet significaret aliquid in futurum; & hoc respectu conveniret cū ceremonialibus præceptis, iudicialia verò etià non obligent tempore gratiæ: tamen possunt observari absque peccato, & ad eorum observantiam aliqui obligantur si ita volunt auctoritate sortì, quòd est condere legem unde determinatio decimæ partis solvenda est auctoritate Ecclesiæ tempore novæ legis instituta secundum quandà humanitatem, ut scilicet non minus populus novæ legis ministris novi testamenti exhibeat, quam populus veteris testam. exhibebat; Sic ergo patet ad solutionem decimarum homines teneri partim quidem ex jure naturali, partim ex institutione Ecclesiæ, quæ tamen penitus opportunitatibus temporum & personarum, possit aliam partem determinare solvendam. Hæc ex illo. Et prædictis adde Covarr. var. resolut. lib. 1. c. 17. n. 3. ubi lacillimè dicit, an, & quomodo decimæ tam reales, quam personales debeantur jure naturali, Divino, vel humano. Et similiter concludit deberi jure naturali quantum ad sustentationem ministrorum, sed jure Ecclesiastico positivo quantum ad determinationem quotæ, & hoc communiter tenetur.

6 Glossa ultima quærit, An consuetudo non solvendi decimas, sit attendenda; & distinguit inter laicos, & clericos; Et quantum ad laicos tenet, consuetudinem non valere etiam respectu quotæ, nisi sit approbata per Papam: & in hoc consensit Innoc. & alii quos refert, & sequitur Turrecr. in cap. Revertimini, n. 14. 16. q. 1. Sed quoad clericos, & Ecclesiam glossa tenet præscriptionem procedere non solum respectu partis, sed etiam totius decimæ, DD. in hoc multum se involvunt, & aliorum opinionones recenlet Abb. n. 7. & de qua consuetudine loquitur hæc Decretalis, & de illius intellectu vide Archid. in c. Quicumque, n. 6. vers. Et dicat alius omnia, 16. q. 7.

7 Breviter dicendum consuetudinem hanc non solum respectu quotæ, sed etiam respectu totius decimæ quantum ad Clericos, & Religiosos esse attendendam, ut probat textus à contrario in c. Nuper, ibi, quibus antea solvebantur, infra eod. dummodo tamen sit legitime præscripta, hoc est dummodo sit immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo, juxta textum in cap. 1. de præscript. lib. 6. ut plenius scripti in prædicta Decretali, Nuper, in ultima quæstione post Abb. ibi n. 5.

8 Quo verò ad laicos dicendum valere consuetudinem respectu quotæ, licet non fuerit in specie per Sedem Apostolicam approbata, ut contra hanc glossam, & Innocentium tenet hic Vincentius, & Abb. n. 8. & alii complures, quos refert, & sequitur Covarr. lib. 1. var. resolut. cap. 17. n. 8. vers. Quidam vero censent, dicens hoc obtinere non tantum in decimis personalibus, sed etiam in prædialibus post Francic. Balb. in tract. de præscript. in 5. part. principali, q. 7. quam sententiam multo etiam etiam probavit Rota.

9 Sed respectu totius decimæ concludendum est nulla consuetudine, vel præscriptione induci posse, ut laici ex toto sint exempti à solutione decimæ.

Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

marum prædialium: & in hoc conveniunt glossa ultima hic, & communiter omnes, Rota, de Curte in tract. de consuetud. n. 94. Covarr. de c. 17. n. 8. Quod vendicatio locum etiam consuetudo, vel prescriptio sit tantum temporis, cujus contrarii memoria non existat, quia ubi agitur de exemptione à toto, sola immemorabilis non suffragatur ad præsumendum privilegium fuisse obtentum, sed requiritur exhibitio ipsiusmet privilegii Apostolici, vel probatio famæ privilegii juncta cum immemorabili, ut docuit Rota decis. 474. n. 3. parte 1. recentior. dicens hanc esse magis communem opinionem, de qua per Innoc. & Abb. in cap. Cum Apostolica, de his que sunt à Prælat. & alios ibi allegatos; eamque uti communem sequitur maxime Rota in pluribus causis, & præsertim in Tulliana decimarum inter impressas decis. 215. part. 2. divers. & in aliis concordant: & quamvis doctrina, & decisiones ibi adductæ non loquantur in præscriptione juris decimandi, in quo longè major viget ratio prohibitionis, tum propter Concilium Lateranen. in cap. Cum & plantare, de privileg. tum propter laicorum incapacitatem, ut dixi in d. c. Cum Apostolica, nihilominus Rota idem censuit in terminis emptionis, licet in hoc casu non adit tanta juris resistentia, quanta ad hoc ut laici fiant capaces juris decimarum, ut in præalleg. decis. 474. & in Pamplonen. decimarum 26. Octobris 1589. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, & plenius in Mediolanen. ressolutionis permutatienis, 21. Maii 1597. coram eod.

10 Hodie tamen fama privilegii Apostolici non videtur amplius suffragari ad eximendos laicos à solutione decimarum prædialium, aut eos habitandos ad illas percipiendas, propter Constitutionem Urbani VIII. editam die 5. Junii 1641. quæ incipit: Romanus Pontifex, ut plenè notavi in c. 1. n. 53. §. 5. & 57. supra de consuetudine.

11 Quo verò ad decimas personales, an consuetudo vim habeat eximendi laicos in totum ab illorum solutione, DD. non conveniunt: nam gloss. final. hic, & Innoc. indistinctè tenent nullam consuetudinem, nisi à Romano Pontifice sit approbata, eximere posse laicos à solutione decimarum nec personalium, nec prædialium, nec ab eorum aliqua parte. Existimant enim etiam personales deberi jure Divino, & ideo esse impræscriptibiles, ut retigi supra n. 5. & hanc opinionem fatetur esse communem Rota, de Curte in d. tract. de consuet. n. 94. Licet eum Covarr. citet pro contraria sententia, ait enim: communis videtur conclusio, quòd non valeat consuetudo, maxime in decimis prædialibus: nam illa distinctè, maxime, implicat idem esse in personalibus.

12 Caterum juris utriusque interpretibus frequentius in eam itum est sententiam, ut consuetudo eximere possit laicos à solutione decimarum personalium, eò quòd non debeantur jure naturali, sed tantum jure humano, quòd tolli potest per consuetudinem. Ita post Raymondum firmat Turrecr. in d. c. Revertimini, n. 13. 16. q. 1. Holt. in Summa in titulo de decim. §. Et utrum, quest. 7. Henric. Boich. in cap. Pervenit, col. 5. n. 20. supra eodem, Felin. in cap. Causam quæ, col. 1. de præscripte. idque communius receptum esse attestant Cardin. in cap. 1. num. . . supra eodem, & Covarr. alios referens lib. 1. var. resolut. d. cap. 17. n. 8. & verba illa textus nostri; Illa quippe de-

L13 cimar